



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati Et Conventvi Karoffensibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

242 Epistolarum Innocentij III.

possessas, redditus & procurations quos super quodam nemore debet vobis annuatim Ecclesia de Wasto, duas marcas quas super quodam manerio vobis abbatia de Belloloco solvere annuatim tenetur, in villa de Hames terram, villanos, & redditus ab antiquo à vobis possessos, in villa Balinghen ex dono antiquorum nobilium tertiam partem totius villæ in terris, villanis, comitatu, stagno, molendino, pasturis, & paludibus, & eleemosynas in eadem villa vobis concessas à nobilibus viris Hugone & Simone fratre suo, Radulfo Bailol & participibus ejus, in villa Hochtinghem universos mansionarios quos habetis, cum redditibus & comitatu & paludibus ad usum vestros à bona memoria Balduino Comite monasterij vestri fundatore concessis, in villa Ferentes terras cum comitatu, villanos & redditus ab antiquo à vobis possessos, in villa Odersele redditus à Guidone de Vlefoge quondam fratre vestro vobis concessos, decimam quoque de monte de Fielnes, decimam de Dolo, decimam de Dirlirgetun, & substitutioinem Capellani ad oratorium ejusdem vici, Vavassores quoque à vobis feodatos, & tam ad placitandum pro vobis quam ad equitandum vobiscum ab antiquis temporibus attulatos, & forum Ecclesia veltre cum omnibus iustis & approbatis consuetudinibus, sicut eas iuste hætenuis & pacifice possedistis. Sepulturam vero ejusdem loci omnino liberam esse fancimus, ut tam supradictorum Comitum progenies quam Barones omnes, qui Pares castelli vocantur, * sepeliantur ibidem. Ceterum quoque qui illuc sepeliri deliberaverint devotioni & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat. Salva tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præsumatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolicæ auctoritate & diocefani Episcopi canonica iustitia & debita reverentia monasterij Karroffensis. Si qua igitur in futurum &c. usque subjaceat. Cunctis autem &c. usque premia æternæ pacis inveniant. Datum Laterani per manum Iohannis sanctæ Mariae in Cosmidin Diaconi Cardinalis S. R.

* In chronicis
Andrensi addi-
tur, juxta vo-
rum & delibe-
rationem suam

E. Cancellarij xii. Kal. Ianuarij, Ind ic.
xii. incarnationis dominice anno MCVIII.
pontificatus vero Domini Innocentij Papæ
III. anno undecimo.

ABBATI ET CONVENTI Karoffensis.

S Acrosanta Romana Ecclesia devotos & humiles filios ex affluente pietatis officio propensius diligere confuevit, & ne pravorum hominum molestii agitantur, eos, tamquam pia mater, suæ protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris precibus inclinati, de Bovefrezia, de Alneto, & de Formeria Ecclesiis, cum iustitiis & pertinentiis suis quæ rationabiliter vos propontis asecutos, sicut ea iuste ac pacifice possiditis, vobis & per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis &c. usque incursum. Datum Laterani xiiii. Kal. Ianuarij, pontificatus nostri anno undecimo

EPISCOPO ET ARCHIDIACONO & Capitulo Morinensi.

C Ongruam officij nostri actionem prosequimur cùm viro religiosos caritate debita confovemus eorumque votis & desideriis apostolicæ favore benignitas annuimus, & ne indehitis agitentur molestii, ipsis apostolicæ sedis defensionis subsidium impertimur. Volentes igitur Andrensi cenobio paterna sollicitudine providere, auctoritate vobis presentium inhibemus ne de cetero pro benedictione Abbatis ipsius palefredum, pastum, vel capam præsumatis sericam extorquere. Datum Laterani x. Kal. Ianuarij, pontificatus nostri anno undecimo.

EPISCOPO ET CAPITVLO Cathalaunensi.

C Vm ad nostram dudum audientiam pervenisset quod Ferricus de Dompnapetra, qui tenebat in Ecclesia veltra præbendam, ad militiam se transtulerat laicalem cum quadam in Apulia publice contrahendo, & venerabilis frater noster Beneventanus Archiepiscopus, cui mandavimus ut super hoc inquireret veritatem, per suas nobis litteras respondisset quod id notorium in partibus illis erat, demum eidem Ferrico per nostra scripta præcepimus ut infra mensem nostro se

Epi. 191
De confirma-
tione privile-
giorum.

Epi. 191
Ne quid no-
benedicione
exigant in al-
bato Andreni.

Epi. 191
Vt Vnde etiam
admittant al-
præbendam.